

dinalibus. At illi^a dixerunt: Et haec quid sunt^b inter tantos? Et eiecerunt eum foras^c et egressus flevit amare.

Tunc venit^d quidam episcopus pinguis, simonialis^e, qui per sedicionem homicidium fecerat^f et erat dives valde^g. Cardinales^h dixerunt: Benedictus, qui venis in nomineⁱ auri et argenti. Episcopus ille apertis thesauris^k suis primo hostiariis dedit^l, postea^m cardinalibus, camerario ac et cancellarioⁿ dedit, et letati sunt valde. Papa vero^o infirmabatur usque ad mortem. Audiens ille episcopus^p, quod dominus papa infirmaretur, misit ei^q aurum et argentum^r, statimque sanus^s factus est homo et dedit gloriam auro et argento et osculatus est ipsum^t dicens: 'Amice bene^u venisti^v'. Cardinales^w dixerunt: 'Vere iste homo iustus est'^x. Papa^y respondit: Quodcumque petierit^z in nomine meo fiat ei. Papa vero sedit^a in loco qui dicitur Avaritia id est Calvarie^b locus. Dixit cardinalibus: Beati qui amant^c pecuniam, quoniam

in gaudium domini tui, donec dederis novissimam quadrantem. Pauper vero abiit et vendidit pallium et tunicam et universa quae habuit, et dedit cardinalibus et hostiariis. At illi dixerunt: Et hoc quid est inter tantos? Et eiecerunt eum ante fores, et egressus foras flevit amare^{Ioh. 12, 13.} et non habens consolationem.

Postea venit ad curiam quidam clericus dives, incrasatus, inpinguatus, dilatus, qui propter seditionem fecerat homicidium. Hic primo dedit hostiario, secundo camerario, tertio cardinalibus. At illi arbitrati sunt inter eos, quod essent plus accepturi. Audiens autem dominus papa cardinales et ministros plurima dona a clerico accepisse, infirmatus est usque ad mortem. Dives vero misit sibi electuarium^{Luc. 23, 24.} aureum et argenteum, et statim sanatus est.

cf. Ioh. 14, 13.

a) 'hoc accipientes' add. R. b) 'erunt' R. c) 'foltio' L.
d) 'Convenit autem' R. e) 'symonialis' R, 'simonialis' L. f) 'fec.
hom.' R. g) 'valde div.' R. h) 'hec audientes' add. R. i) 'domini'
add. R. k) 'thesauris' R. l) 'ded. ost.' R. m) 'postea — valde'
om. R et pergit ita: 'Camerarius et cancellarius arbitrati sunt, quod plus
essent accepturi, dedit enim unicuique decem talenta'. n) 'cancellario' L.
o) 'autem' R. p) 'autem ep. ille' R. q) 'electum' add. R. r) 'arg.
et aur. nimis' R. s) om. L. t) 'episcopum' R. u) 'ad quid' R.
v) 'fiat voluntas tua. Amen dico tibi, quodcumque petieris in nomine meo
hoc faciam' add. R. w) 'Cardinales' L. x) 'homo iustus est iste,
nam est manus domini cum illo' R. y) 'Papa — ei' om. R hic.
z) 'pecivit' L. a) 'autem sedens' R. b) 'Cavarie' L. c) 'beati divites,